

## SEVERIANUS Ep. Gabalensis

(† post 408)

DE MUNDI CREATIONE<sup>1</sup>

<sup>PG</sup>  
<sup>56, 497</sup> Oratio VI. 10. Τί οὖν; Νοιοθέληται τῇ καταδίκῃ τὸ τῶν γυναικῶν γένος, καὶ μένει ἐν λύπαις, καὶ οὐ λύεται ὁ δεσμός; Ἡλθεν δὲ Χριστὸς δὲ λύων τὸν δεσμόν ἀπήντησεν ἡ Κυριοτόχος ὑπὲρ τοῦ γένους ἀπολογουμένη, ἡ ἀγία Παρθένος ἀντὶ τῆς παρθένου· παρθένος γάρ ἦν καὶ ἡ Εὔα ὅτε ἤμαρτεν· ἔλυσε τὴν λύπην καὶ τὸν στεναγμὸν τῆς καταδεδικασμένης. "Ωσπερ γάρ ἐάν τις κληθῇ εἰς τὰ βασίλεια, σπουδάζει τοὺς ἴδιους τιμῆσαι, καὶ ὅσιν ἐν ἀνάγκῃ, ἀπολῦσαι· οὕτω κληθείσα ἡ ἀγία Παρθένος εἰς τὰ βασίλεια ὑπηρετήσασθαι τῇ θείᾳ γεννήσει, ἐλθοῦσα εἰς ξένας ὡδῖνας ταύτην πρώτην αἰτεῖ χάριν, μᾶλλον δὲ λαμβάνει. Ἐπειδὴ οὐκ ἐπρεπε τὴν καταδίκην γυναικα γεννήσαι τὸν ἀγεύθυνον, ἔρχεται δὲ λύων πρῶτον τῆς Εὔας τὴν λύπην διὰ χαρᾶς. Ἐρχεται δὲ ἄγγελος λέγων τῇ Παρθένῳ· «Χαῖρε, κεχαριτωμένη». Εἴτα διὰ τοῦ Χαῖρε λύει τὸν δεσμὸν τῆς λύπης. «Χαῖρε»· ἥλθεν δὲ λύων τὴν λύπην. «Χαῖρε, κεχαριτωμένη»· ἐπειδὴ ἔως νῦν κεκατηραμένη. Ὁδε πρόσεχε τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι. «Χαῖρε, κεχαριτωμένη»· ὁ Κύριος μετὰ σοῦ». Ἐπειδὴ μετ' ἐκείνης δὲ δια τὴν λύπην, χαῖρε, ἐπειδὴ μετὰ σοῦ δὲ Θεός. Καὶ βλέπε τὴν φωνὴν τοῦ ἀγγέλου, πῶς ὅλην ἔρμηνει τοῦ Χριστοῦ τὴν οἰκονομίαν. «Χαῖρε, κεραχιτωμένη».

<sup>PG</sup>  
<sup>56, 497</sup> Oratio VI, 10. Quid igitur? Damnationi obnoxius est mulieris sexus, manetque in doloribus, nee vineulum solvit? Venit Christus qui vineulum solvit: occurrit ea quae Dominum peperit, sexui patrocinans, sancta Virgo pro virgine; nam virgo erat Eva cum peccavit; damnatae dolorem solvit, atque gemitum. Sicut enim si quis in regiam vocetur, suos honoribus augere studet, ac, si in angustia fuerint, liberare: sic sancta Virgo in regiam vocata, ut divinae generationi ministraret, insolito donata partu, hanc primam gratiam petit, imo accipit. Quia non decebat culpae obnoxiam feminam innoxium gignere, venit is qui primo Evae tristitiam per gaudium solvit. Venit angelus Virginis dicens: *Ave, gratia plena*.<sup>2</sup> Tum per *Ave*, seu *Gaude* illud, tristitiae vineulum solvit. *Ave*; venit is qui solvit tristitiam. *Ave, gratia plena*, quia hactenus maledicto obnoxia. Hie Dei gratiam animadverte. *Ave, gratia plena, Dominus tecum*. Quia cum illa serpens in tristitia, gaude, quia tecum est Deus. Ac vide angeli vocem, quomodo totam Christi dispensatio-

<sup>1</sup> Cf. Bar, II, 143; Cay, I, 567; Al, 344. Inter locos, sub titulo *Incertus Auctor*, referimus alias homilias *Severiano* quoque attributas.

<sup>2</sup> Lc. I, 28.

Ἐπειδὴ ἐκείνη διπλῆν ἔλαθε κατάραν, τὴν λύπην καὶ τὸν στεναγμὸν τὸν ἐπὶ τῶν ὀδίνων, εἰσάγει τὸν τοκετὸν τὸν λύοντα ἐκεῖνον τὸν τόκον. « Ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρί, καὶ τέξῃ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ιησοῦν. Αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἀμαρτιῶν αὐτῶν ». Τὰς ἀμαρτίας τῶν σῶν πατέρων λύει ὁ ἐκ σοῦ βλαστάνων καρπός. Λοιπὸν μετεβλήθη τὸ πρᾶγμα. Τὴν Εὔαν ἔως σήμερον οἱ ἀκούοντες ταλανίζουσιν. Οὐαὶ τῇ ἀθλίᾳ, οἵας δόξης ἔξεπεσεν! οὐαὶ τῇ ἀθλίᾳ, τί ἔπαθεν! Ἡ Μαρία καθ' ἐκάστην ἡμέραν ἀκούει παρὰ πάντων μακαρία, ἀμέλει πλησθεῖσα Πνεύματος ἀγίου. \* Καὶ <sup>\*498</sup> αὕτη ἡ Παρθένος λοιπὸν προφητεύσασα ἀκουσον τί λέγει· « Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραήλ, ὅτι ἐπεσκέψατο τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ· ἀπὸ γὰρ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί ». Ἰνα δείξῃ ὅτι τὸ πρόσωπον τῆς Εὔας φέρει, « Εώς νῦν, φησίν, ὑδριζομένην, « ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί ». Καὶ τί, φησίν, ὡφελεῖται μὴ ἀκούουσα; Μάλιστα μὲν οὖν ἀκούει, ἐκ τοῦ ἐν τόπῳ φωτεινῷ, ἐν χώρᾳ ζώντων εἶναι, ἡ μήτηρ τῆς σωτηρίας, ἡ πηγὴ τοῦ αἰσθητοῦ φωτός· αἰσθητοῦ διὰ τὴν σάρκα, νοητοῦ διὰ τὴν θεότητα. Οὕτως οὖν δι' ὅλου μακαρίζεται. Ἀλλὰ καὶ ὡς ἔτι ἔξη ἐν σαρκὶ, ἐμακαρίζετο· ἥκουσε γὰρ τοῦ μακαρισμοῦ ἔτι ἐν σαρκὶ οὖσα. Ἐκείνη

nem explicat. *Ave, gratia plena.* Quia illa duplice maledictionem accepit, tristitiam et gemitum partus, inducit partum, qui solvat priorem illum partum. *Ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum.*<sup>1</sup> *Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.*<sup>2</sup> Patrum tuorum peccata solvit qui ex te fructus oritur. Iam mutata res est. Hactenus qui Evam audiebant, miseram praedicabant: Vae miserae: quantam gloriam amisit! Vae miserae: quanta passa est! \* Maria quotidie omnium vocem audit: Beata: sane plena Spiritu sancto! Ac demum vaticinans Virgo audi quid dicat: *Benedictus Dominus Deus Israel, quia respexit humilitatem ancillae suae: ex hoc enim beatam me dicent omnes generationes.*<sup>3</sup> Ut ostendat se personam Evae gestare, « Me ad hoc usque tempus, inquit, contumeliae habitam, ex tum beatam dicent omnes generationes ». Et quid, inquires, illi prodest, cum non audiat? At revera audit, quod sit in splendido loco, in regione vivorum, mater salutis, fons lucis, quae et sensu et mente percipitur; sensu propter carnem, mente propter divinitatem. Sic itaque prorsus beata praedicatur. Imo etiam dum viveret in carne, beata praedicabatur: audivit enim beatitudinem illam adhuc in carne esset. Illa primo vidit, ac <sup>\*498</sup>

<sup>1</sup> Lc. I, 31.

<sup>2</sup> Matth. I, 21.

<sup>3</sup> Lc. I, 68 et 48.

πρῶτον εἶδε, καὶ τότε ἐγεύσατο τοῦ δένδρου· αὐτῇ πρῶτον εἶπε, καὶ τότε ἤκουσε τοῦ μακαρισμοῦ. «Οτε γάρ ὁ Σωτὴρ ἐδίδασκεν, «Ἐπῆρε γυνή τις φωνὴν ἐκ τοῦ ὄχλου», καὶ λέγει αὐτῷ, πάντων ἀκουόντων· «Μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοί, οὓς ἐθήλασας».

deinde ex arbore gustavit; haec primo dixit, et tunc beatitudinem audivit. Cum enim Salvator doceret, *Extollens vocem quaedam mulier de turba, cunctis audientibus, dicit illi: Beatus venter qui te portavit, et ubera quae suxisti.*<sup>1</sup>

## RUFINUS TYRANNIUS Aquileiensis (ca 345 † 410/411)

### DE BENEDICTIONIBUS PATRIARCHARUM

PL 21, 302 Benedictio Iudee, 2. [...] Sed multo convenientius aptabitur huic loco mystica expositio, in qua catulus leonis,<sup>2</sup> Christus, non solum φυσικῶς, verum etiam τροπικῶς designatur. Nam Physiologus de catulo leonis haec scribit, quod cum natus fuerit, tribus diebus ac tribus noctibus dormiat: tum deinde patris fremitu vel mugitu, tanquam tremefactus cubilis locus, suscitet catulum dormientem. Iste ergo catulus ascendit ex germine: ex Virgine enim natus est, non ex semine, sed ex virgine absque concubitu virili, et absque semine naturali Christus. Velut virgultum, sive ramus, in quo manifestissime et veritas carnis assumptae ex Virgine declaratur in sacro sancto germine, et a contagio carnalis et humani seminis excusatur.<sup>3</sup>

771

### COMMENTARIUS IN SYMBOLUM APOSTOLORUM (404)

PL 21, 348 [...] 9. QUI NATUS EST DE SPIRITU SANCTO EX MARIA \* VIRGINE. 772  
 \*349 Haec iam inter homines dispensationis nativitas est, illa divinae substantiae: haec dignationis est, illa naturae. De Spiritu Sancto ex Virgine nascitur: et iam in hoc loco mundior auditus requiritur et purior sensus. Huic enim, quem dudum de Patre natum ineffabiliter didicisti, nunc a Spiritu Sancto templum fabricatum intra secreta uteri virginis intellige: et sicut in sanctificatione Sancti Spiritus nulla sentienda est fragilitas, ita et in partu Virginis nulla

<sup>1</sup> Le. XI, 27.

<sup>2</sup> Gen. XLIX, 9.

<sup>3</sup> CCL XX, 193.